

Joachim Lukow

**Epithalamium Historicum, In Solemnem festivitatem Nupriarum Eximii ... Dn. Johannis Bussii, Iurisprudentiae Cultoris solertissimi, Sponsi, & Virginis ... Eleonorae Schultzen/ Viri ... Dn. Johannis Schultzen p.m. I.U. Doctoris ... relictae filiae, Sponsae, die 23. Aprilis Anno 1656. Parchimi solenniter celebrandarum**

Güstrov[ij]: Waltherus, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774763876>

Druck Freier  Zugang



Epithalamium Historicum,  
In Solemnem festivitatem Nuptiarum,  
Eximii, Praestantissimi atq; Doctissimi

DN. IOHANNIS  
BUSSII,

Jurisprudentiae Cultoris solertissimi,  
SPONSII,

Virginis natalium splendore, pietate, pudicitia aliisque  
suis dotibus ornatissime,

ELEONORAE  
SCHWETZEN  
VIRI

Amplissimi, Consultissimi atq; Doctissimi

DN. JOHANNIS SCHWETZEN

p. m. J. U. Doctoris, & in aula Güstroviensi quondam  
Consiliarii gravissimi, relictae filiae,

SPONSAE,

die 22. Aprilis Anno 1656. Parchimi solemnitatibus  
celebrandarum,

DECANTATUM

M. JOACHIMO BRODOWENI  
Ecclesiae Lubsiensi.

SC\*H\*ETZEN

GÜSTROVI,

Typis Danielis Waltheri Typographi, ANNO M. DC. LVI



**C**um Juvenis quidam, tenera cui tempora lana  
Pingeret cœperunt, calido flagraret amore,  
Tandem stat dubia constans sententia menti,  
Ut quærat Sponsam multis è millibus unam,  
Quam sibi connybio mansuro jungere, quæq;  
Concordem posset felix traducere vitam.  
Sed fortasse duas (fata quo nescio factum)  
Iste suo rictibus incendit amore puellas,  
Splendida quævis niveos tingebat purpura vultus.  
Par erat una quidem, præstabat at altera stirpe,  
Ac opibus juveni largis, adrogante nimente.  
Hinc dubius mox dano, modo eam præferre volebas,  
Atq; diu vanamiferas spe lusi amicas.  
Sed quid? forte aderat famâ super æthera notus  
Pittacus, (hic unus Græcorum ex classe Sophorum)  
Nec Juvenem retinet mora, læt abundantus ad illum  
Serè tēpit, rumpitq; has in pectore voces:  
O venerande Senex! qui Prudentia nostri!  
De meliore iuro iussu Sol tempora finxit,  
Consilium ser, quæso, mihi, qui nutrio flammæ,  
Me gemina invit at jam tædæ, ac uva puella  
Est mihi par & stirpe opibusq;, sed altera præstat;  
Distrabit hinc dubiam fallax sententia mentem,  
Quænam sit fugienda mihi, mihi quæq; petenda.  
Dixerat hæc Juvenis: Sophus os oculosq; loquentis  
Ac totum cauto lustrabat lumine corpus,  
Contra sic orsis: O mi charissime fili,  
Sit tibi multa salus, sit plurima gratia tædæ,  
Non opus aggredieris stultie, dum consultis illos,  
Cæsaries quibus immixta albescere canis

Historia ex  
Diogene  
Laertio in  
vitâ Pittaci:

Capit


Capit, at hoc audi: monitum nec sperne salubre  
 Ad pueros procurre, meo quos monstro bacillo,  
 Tempus inane pilâ qui lato pectore fallunt  
 Atq; trochum scuticis celerem levioribus urgente,  
 Consule, quæso, illos, reddent responsa petenti.  
 Dixerat hæc, baculoq; viam commonstrat eunti.  
 Obsequiur Juvenis iustis, ac tecta relinquit,  
 Interea permulta suo cum corde volutans  
 Ad pueros venit, ac adspectat ludicra lusum,  
 Et notat, esse pares omnes: quos ludere cernit,  
 Sed postquam cautis dudum hos aspexit ocellis,  
 Est visum Juveni, sibi talia verba reponi.  
 Ducas æqualem tibi, si vis vivere felix,  
 Nam male inæquales veniunt ad aratra juvenis;  
 Nec bene conveniunt agnus tener atq; leæna;  
 Imparitas certè natura inimica, duello est  
 Æmula, nec pacem thalamo servabit eodem.  
 Hisce abiit juvenis; totaq; hæc mente revolvens  
 Annuit, & summe placuit sententia cordi.  
 Hinc ille imparium gazas ædesq; relinvens,  
 Æqualem charas uxorem duxit in ædes;  
 Cum quâ permultos vixit feliciter annos.  
 Tantum, crede mihi, æqualem duxisse juvabit.  
 Si sic conveniunt æquales, oprime Bussi,  
 Sponse ventuste, Decus Patris sanctæq; Themistos.  
 Quidni plaudamus, tibi prospera quæq; precantes?  
 Dum nec inæqualem tibi delegisse videris:  
 Nam venit in thalamum, florenti ætate puella  
 Eleonora, tuum, claro prognata Parente,  
 Quam decorat pietas, graviusq; modestia morum  
 Atq; regendorum cura exoptata penatum.  
 O bene compositum Par! O Par nobile Sponsum!  
 Quis vos infaustos? Quis vos tristi alite natos  
 Diceret? & potius non omni ex æse beatos!

Nos

Vos certe, Neonymphi, applaudimus atq; precamur:  
 Larga Dei vestris aspiret gratia sedis,  
 Ne malesuada lues, lites, nec turpis egestas  
 Nec casus tetrici, graviumq; molestia rerum  
 Vos vexent; pleno sed dives copia cornu  
 Undiq; sit, facili & procedant omnia nutu;  
 Pignora dei Dominus lecti, quæ fallere tempto,  
 Barbam demulcere patri, dare basia matri,  
 Inq; sinu saltare queant, & ludere risu.  
 Vivite felices multos concorditer annos.

Zugabe.

**S**o lebet nun Freuden- und Lieb-reich zusammen  
 Verliebete Herzen / So die mehre die Flamme  
 Ich wünsche viel Glück zu dem Ehlichen Stand  
 Ich wünsche viel Segen zum lieblichen Stand.  
 Es ist ewer hoffen und süßes verlangen  
 Euch nunmehr gelungen in Ehren zu rängen  
 Womit euch der höchst Göt gnädiglich zieret  
 Und in den fruchtbarren Eh-Orden einführet.  
 So lebet derhalben / Ihr Lieben / in Freuden  
 Die saure Bineigkeit / Trübsal und Leiden  
 Die müssen entweichen / entfernet euch sehn  
 Allda wo die Sonne pflegt unter zu gehn.  
 Der Himmel der wolle den Segen ausgießen /  
 Das Brünlein der Gnaden euch reichlich umfließen /  
 Und Pfänlein der Liebe umb ewren Tisch sehn  
 Und daß ihr im Alter mögt endlich abgehn.



**Λ** ἄμπρόν ἀείδει θεῶν ζήτη γάμον ἦδη ἄγα  
ὄληνα ἔμαυρῶτε χρόνα σαφινὴν ἀείδει  
ὀιδάρων ἑλήϊωνος δὲ λελήθει, νυνὶ γυνα  
Γνώριμον ἐν τῷ ἄγει ποιεῖ ὀιδάριον  
Πάντες ἔμαυρα ἀείδει ἀδελφοὺς ὑμῶν  
Μόλι προσέειπεν εἰς δίδοναι φρόνα ὄχλον  
τῶ ναιόντι θεῶν ἐν Ὀλύμπῳ ὑψὲ λαμπρῶν  
Σύν τε τὸ χυτοσάλαμα ἀγαθὴν ἀρετὰν  
Μνηστεύοντα ἄμα μνηστῆρ. αἰεὶ δὲ παρέσα  
Αὐτὸς πάντα δίδωσ, ὑμῶν ὡς ἐρίαν ἔχη

### Tanzlied

zwischen denen ädler

## Herrn Brautigam und Frau

### 1. Satz.

**Er** Wo bleibe mein Augenlicht  
Die süsse Liebespflicht  
Sie Siehe wie bereit Sie stehen  
Mit dir gehet!  
**Beide** So schimmert und wimmert ich  
Nu werche verbleiche du  
Stil siehet ihr Lied  
Ihr Himmelsgeh  
Wir wollen erreichen die Zeichen  
Für Schmerz die Kerken anzü

### 2. Satz

**Er** Wo Schönste / Fleuchst du hin  
Vertrübe wird sein mein  
Sie Liebster Sie ihr Herz ergie  
Den Sie lieber  
**Beide**

